

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Christophori Cellarii Compendium Antiquitatum  
Romanorum**

**Cellarius, Christoph**

**Halae Magdeburgicae, 1774**

**VD18 10161015**

Sect. IV. De Ritibus Quibusdam Post Sepulcrum.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-17085**

addert : vt de via Aurelia , Flaminia , Lauicana ,  
Laurentina , Ostiensi , Prænestina , Salaria , Tibur-  
rina. ee )

## §. III.

*Aream* quoque sepulcrorum fuisse certa pedum  
mensura descriptam & consecratam , ex CICE-  
RONE *Phil. IX. cap. 7.* discimus. *Coronas* etiam  
& *serta* iisdem adhibebant ornatus gratia , quod  
prisca christiani auersabantur , posteriores autem  
admittebant. Vide MINVCIVM FELICEM *cap.*  
*XII. num. 6.* & quæ nos ibi ex PRVDENTII *cath.*  
*hymno X. extremo* adnotauimus.

## SECT. IV.

DE RITIBVS QVIBVSDAM  
POST SEPVLTVRAM.

## §. I.

**R**ITVS præcipui , sepulturam subsequentes ,  
fuerunt inferiæ , epulæ & ludi funebres. *In-*  
*feriæ* , vt FESTVS definit , erant sacrificia , quæ  
diis manibus non tantum exsequiarum die infe-  
rebant , sed anniuersariis etiam sacris ad sepul-  
crum repetebant. De his iam supra egimus.

## §. II.

*Epulæ* populo Romano datæ publice in me-  
moriæ & honorem defunctorum , & interdum  
carnes etiam distributæ , quæ *visceratio* diceba-  
tur.

ee) Adde IO. DOVGTEVM *analect. sacr. ad Luc. VII, 20.*  
& IO. IAC. CHIFFLETIVM *Gemin. matr. sacror. tit.*  
*sepulcral. explicat. p. 25.*

TUR. SVETONIVS in *Cæsare cap. XXVI.* & LIVIVS  
*lib. XXXIX. cap. 46. f)*

§. III.

*Ludi funebres* ob eandem causam editi : præ-  
fertim gladiatorii, de quibus supra exposuimus.  
LIVIVS *epit. lib. XVI.* VALERIVS MAXIMVS  
*lib. II. cap. 4. num. I.* & quæ nos ad CICERONIS  
*lib. II. epist. 3. num. I.* notauimus.

SECT. V.

DE CONSECRATIONE  
PRINCIPVM. g)

§. I.

**R**OMANI imperatores, bene de republica me-  
riti, post mortem in numerum deorum  
cer-

f) De epulis feralibus, tam *silicerniis*, quam *cœna funebri*,  
amicis data, commentantur: IAC. GV THERIVS *de iur.*  
*man. lib. I. cap. 25.* PETR. MORESTELLVS *pomp.*  
*funebr. lib. VIII. cap. 16.* GVIL. STVCKIVS *lib. I.*  
*antiqu. conuiual. cap. 26.* IAN. GVILIELMIVS *lib. III.*  
*verisimil. cap. VIII.* GABR. MARQVARTVS &  
WOLFG. CASP. TROPPANEGERS *dissertationibus*  
*de epulis gentilium sepulcralibus*, aliique plures.

g) De ritu hoc consecrationis videantur præter IO.  
KIRCHMANNVM, ONVPHR. PANVINIVM, IAC.  
GV THERIVM aliosque plures, IO. ALB. FABRICIO  
*bibliogr. antiquar. p. 268.* laudatos: IO. MENCKENI-  
VS *de augustorum augustarumque consecratione ex num-*  
*mis illustrata p. I. eius dissert. academic.* CONSTANT.  
LANDVS *explicat. in D. Antonin. consecrationem, &*  
*Claud. Neronis Cæs. decursion. Castorisque & Pollucis*  
nu.